

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4482

**Auteur(s) :** Foulques de Huecon [écuyer]

**Bénéficiaire(s) :** Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1285, octobre

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Foulques de Huecon, écuyer, fils de Guillaume de Huecon, chevalier, confirme toutes les donations et concessions faites à l'abbaye Notre-Dame de Montmorel par son grand-père, ses prédécesseurs et ses hommes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° CXXXVI, p. 113-114.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris Fulco de Huecon, armiger, filius Guillelmi de Huecon, militis, salutem in Domino. Noveritis quod ego Fulco concedo et hac presenti carta confirmo omnes elemosinas, donaciones et benedictiones (sic, lisez venditiones) a Guillelmo de Huecon, milite, avo meo, seu a quibuscumque predecessibus et hominibus meis abbatie Montis Morelli et canonicis ibidem Deo servientibus factas, ex quibus aliquas nominatim dignum duxi exprimendas: videlicet ecclesiam Sancti Paterni et capellam Sancti Germani cum omnibus pertinenciis et elemosinis et decimis tocuis parrochie de Duxeio et heremitagium quod est in Ardena cum stagno et porcione nemoris, sicut fossata dictorum canonicorum, inter nemus meum et nemus suum facta, dividunt et demonstrant, et duodecim quarteria frumenti annui redditus ad festum Beati Michaelis in molendino meo de Cerezal, percipienda et reddenda per manum illius quicumque dictum molendinum tenerit, et decimam Ruche in foro de Duxeio, quam decimam dicti canonici debent recipere per firmarios meos et sex quarteria frumenti annui redditus in Terra Vasta sibi percipienda pro custodia de Duxeio, et tres ruchas frumenti annui redditus in feodo de Ceresel, et Campum Failli, et clausum in quo mansit Robertus de Senof, et omnes landas quas predicti canonici emerunt a Roberto de Ardena et Stephano de Ardena et Johanne fratre ejus, prout fossata eorumdem claudunt et dividunt, et masuram de Landa cum omnibus pertinenciis suis, et masuram de Geraudia cum omnibus pertinenciis suis, quam masuram predictus Stephanus de Ardena vendidit canonicis supradictis, et sabulariam que est apud Tuscham Noel ad edificia dicte abbacie facienda. Hec omnia supradicta et alia, si que habent in terra mea ubicunque ex donatione seu benedictione fidelium, ego predictus Fulco de Huecon volo et concedo quod predicti canonici teneant in perpetuum et possideant libere, quiete et pacifice in puram et perpetuam elemosinam, omni reclamacione et impedimento mei aut heredum meorum remotis, ita quod de cetero michi aut heredibus meis seu alicui, ratione mei, in predictis elemosinis non liceat exercere aliquam justiciam secularem preterquam in predicta masura de Geraudeia in qua sola poterimus ego Fulco et heredes mei, pro redditibus et serviciis dumtaxat, justiciam exercere, sed sepredicti canonici predictas elemosinas ab omnibus redevanciis et obedienciis tenebunt liberas et immunes. Preterea ego Fulco volo et concedo quod predicti canonici et eorumdem homines in tota terra mea plenariam communitatem habeant in omnibus eandem quam homines mei in predicta terra habere dignoscuntur. Ea autem que predicta sunt ego predictus

Fulco et heredes mei eisdem canonicis integre tenemur garantizare. Ad majorem hujus rei confirmationem ego sepedictus Fulco presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense octobris.